



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

241. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

aliis hominibus illum hominem occidisti, nec ut suam vitam aut membra perderet cum aliis consiliatus es, nec in ejus morte quicquam habes factum unde merito aut poenitentiam suscipias, aut vindictam suscipias, aut precium aliquod persolvas. Sic te Deus adjuvet.

Juramentum de reconciliacione conjugatorum.

Burchard. lib. 9. c. 81.

CCXL. Ab isto die in antea istam tuam conjugem, nomine illam, quam injuste dimiseras, ita tenebis sicut per rectum maritus suam debet habere conjugem in dilectione & debita disciplina, nec eam per ullum malum ingenium separabis a te, nec ea vivente aliam accipies. Sic te Deus adjuvet.

De eadem re.

Burchard. lib. 9. c. 82.

CCXLI. Amodo in antea istum tuum maritum, quem injuste dimiseras, ita tenebis & amplexaberis, & ei in servitio, in amore, & in timore ita eris subjecta & obediens, sicut per rectum uxor debet subjecta esse marito, nec unquam ab eo te separabis, nec illo vivente alteri viro te sociabis in conjugio aut adulterio. Sic te Deus adjuvet.

De his qui matrimonio juncti sunt & nubere non possunt. Ex epistola Rabani cap. XXIX.

Rhab. epist. ad Heribald. c. 29. Lib. 6. Capitular. c. 55. Burchard. lib. 9. c. 40.

CCXLII. Quod autem interrogasti de his qui matrimonio juncti sunt, & coire non possunt, an ille aliam vel illa alium ducere possit. Quibus scriptum est: *Vir & mulier si se*